

DIVO AC

INVICTO IMP. CAES. CARO-

lo. V. Augusto Germaniam ingredienti

Vrbis Norimbergæ gratulatoria Acclamatio.

Ad eundem de bello contra Turcas susci-

piendo Adhortatio.

Per H. Eobanum Hesum.

In aduentum eiusdem Vrbis Francofurdij Gra-
tulatio. Per Iacobum Micellum.

Ad librum.

Aedite piscosum Pegnesidos Vrbis ad amnem

I liber, Augustæ moenia celsa pete.

Forsitan inuenies illic, qui te quoq; lectum

Exhibeat magni Caesaris ante thronum.

Qui si nullus erit, placide fer, at ipse legeris

Caesaris in regno, nec tamen exul eris.

Norimb.
Pegnit.
Augusta.





13924

DIVO ET

INVICTO IMP. CAESARI CA
rolo.V. Augusto, Germaniā ingredienti
Vrbis Norimbergæ gratulatoria Acclamatio.
Per Eobanum Hessum.



I legis exhibitos toties Auguste li-
bellos,
Qui sæpe externo datur ab orbe tibi:
Cur non hæc uideas placido quoq;
carmina uultu,

Carmina, quæ proprio dantur ab orbe tibi
Si legis hostiles etiam ter maxime chartas,
Cur nolis populi scripta uidere tui?
Qui licet immensa curarum mole graueris,
Qua maior nullis regibus ulla fuit:
Quo tamē his aurem possis adhibere legendis;
Exigui spaciū temporis illud erit.
Nec tibi turpe puta, tot reges inter & arma,
Nostra quoq; armata scripta tenere manu.
Non hoc indignū, non hoc sibi turpe putauit,
Qui peperit primus quod regis imperium.
Non hoc ciuis habes & sceptrā & nomina Cæsar,
Quo duæ pax orbi uenit & alma quies.

A 2

Quod

*Condus ter
maxime*

C. Jul. Cæs.

Augustus.

*Philippus
Augustinus.*

Quod si plus alijs te exempla domestica tangunt,
Hic pater, hic avus est, dignus uterq; sequi.
Et nisi uana tuas generoso in pectore dotes
Fama canit, frustra nos habet iste metus.
Ut tua fortunam clementia summa fauentem,
Maiestas fastus sic habet ista nihil.
Venit et hinc animo facta est spes maxima nostro,
Posse per hæc fieri, ut carmina nostra legas.

*Carolus v.
R. Imperator.*

Perlege, nec dubita, quid enim legisse nocebit,
Forte et in his aliquid, quod iuuat, esse potest?
CAROLE rex, Auguste potes, ter maxime Caesar,
CAROLE semideum regibus orbe genus,
Ecquid ut auspicius tua te Germania Diuis
Accipiat, scemis? an dubitare potes?
Ne dubita, nam certa fides manifesta q; res est,
Omnia leticiæ sunt data signa nouæ.

Nullius ulla prius fuit expectatio maior
Principis, huc repetas tempora cuncta licet:
Et merito, quis enim uel sanguine iunctior alter,
Vel meritis nostro maior ab orbe fuit?

Augusta.

Aspicias ut coeant gentes, et ut incluta querant
Mœnia, contiguo quæ Lyas anne rigat.
Qua sita Vindelicis est clara Augusta Sueuis,
Fœlix præsentis urbs habitura deos.
Quid sibi tot proceres, quid tot populiq; ducesq;
Quid sibi tot reges semideiq; uolunt?

Omnibus

Omnibus una tuis mens est accedere uotis,
Vna hæc te ratio est & tua iussa sequi.
Nam quia fama uolat, patrij te litus Iberi,
Arusq; flauentis deseruisse Tagi:
Iamq; per egressum tua regna Ligustidos ora,
Teutona festino rura subire gradu.
Contrahit immensum diuerso uulgus ab orbe,
Solijs aduentus nuncia fama tui:
Certatim cœunt, studijsq; ingentibus ardent,
Stare sui sacrum Cæsaris ante thronum.
Atq; ita solliciti reges populiq; laborant,
Quis propior lateri debeat esse tuo.
Quis tibi uel primus uel proximus ordine primis,
Offerat aduentu dona ferenda tuo.
Quis tua concelebret gratantibus omnia uerbis
Dona, quibus meritis omnia Cæsar habes.
Quando hæc sollicitant igitur studia ultima Reges,
Quis neget hac urbes conditione trahi,
Quas tot in hoc regno tua possidet inclita uirtus,
Quot uix alterius credimus esse plagæ?
Quarum gratifico, quæ sit tibi proxima cultu,
Nil moror, & uoti est altera cura mei.
Vt possint alie potiores esse, uideri
Quolibet ingenio qualibet arte tibi.
Ingenua hoc ausim Cæsar tibi mente fateri,
Omnibus officio cesserit una nihil.

Hispania

Genua

Norimberg.

Vna tui merito bona pars Vrbs Norica regni,
Vnde datur manibus littera nostra tuis,

Gallus

Vna tuam quoties optauerit illa salutem,
Vix aliqua uideor dicere posse fide,
Seu tu foedifragum ducebas uictor in hostem,

Seu ferres dubio credita uela mari.
Compatiens & fida tuo fuit illa labori,

Nunc prece, nunc oculis flentibus ante deum.

Ah quoties narrata tue uictoria dextre,

Causa huic leticie non mediocris erat.

Que non festa fuit, quos non imitata triumphos?

Que non leticie publica signa dedit?

Sed tunc precipue, cum factum fama parentem

Te noui, nec ficto nomine falsu fuit.

Qualia tum quanto celebrarit gaudia sumptu,

Credere uix, nisi qui uiderit illa, potest.

Sarc.

Vt sacra turicremis adoleuerit atria flammis,

Quam dederint hilares iubila festa chori.

Aquila.

Nec loquor ut positis Aquilas, tua signa, tropæis

Hauerit in uestrum prodiga flamma deus.

Bombardæ.

Maxima terribiles referebant fulmina bombi,

De quorum sonitu quassa tremebat humus.

Dixeris irato commota Ceraunia cælo,

Gigantes.

Sumpta uic in anguipedes arma tulisse Iouem.

Talibus atq; alijs tibi tunc Vrbs Norica rebus,

Sicut & est omni tempore, fida fuit.

Sinunc

Si nunc & fauisse tui se fratris honori

Dixerit, haud quasquam hoc arroget ipsa sibi.

Si tamen hoc tua Maestas consideret actum,

Plus sibi deberi non potuisse sciet.

Quare age semideum sanguis clarissime regum

Hanc quoq; ne surda negligere aure uelis.

Dūq; alie acclamant tibi, & omnia pulchra precantur,

Et fieri fausto sydere quicquid agas:

Hanc audire procul ne dedignere loquentem,

Non tamen obscuro talia uerba sono.

CAROLE terrarū regni apud optime Caesar. *Verbis Nornberg
acclamatio.*

Omnia sint rebus numina dextra tuis.

Si modo, sicut habet celebris pars maxima fame,

Huc uenias, quod agis Dij tueantur iter.

Dij tibi sint comites Germanica regna petenti.

Dij tibi sint fidi per tua regna duces.

Dij te constituent Germanis Carole terris.

Dij tribuant ceptis fata secunda tuis.

Ingrederere, & nostra auspicio pete climata dextro.

Gaudet in aduentu Teutonis ora tuo.

Ingrederere, aduentuq; tuo spes adfere nostras.

Quas dedit & de te iussit habere deus.

Quas tua pollicita est nobis fortuna, per omnes

Hactenus euenus inuiolata tibi.

Nam quid ego hic memorem, qua tu uirtute fideq;

Non semel aduersas fregeris hostis opes?

Qualibus Italiam pacaueris artibus orbem,
Quam solida patriam pace bearis humum?
Deniq; cum multis tranquillæ dona quietis
Vel iam reddideris, uel reuocare pares.
Restat ut hic etiam turbantibus omnia seclis,
Noxia frugifera iurgia pacæ leues.
Pacæ tuus merito qua gaudeat orbis, & idem
Te duæ non alio, redditus esse uolet.
Redde fatigatum studijs discordibus orbem,
Temporibus pacem CAROLE redde tuis.
Floreat, & per te magno sua gloria Christo
Constet, & illud opus te deuisse puta.
Hoc opus est Auguste tuum, dedit illud agendum,
Qui dedit & fasces imperiumq; tibi.
Sed tamen hoc refert, qua tu ratione ministros,
Qui sapit in magnis fortiter, ille sapit.
Huic uni par est totum te inambere curæ,
Hic tibi te solum consuluisse deat.
Nam quia sis pulchris naturæ dotibus auctus,
Et sint ingenij munera rara tui.
Quis tibi non ipsi quàm de te credere malit
Omnibus? & non te quàm tolerare tuos?
Iam quos ipsa tuos dicam, si forte requiris,
Hei mihi quod non sunt maxima turba boni.
Atq; utinam quidam turba numerentur in illa,
Qui te plus nimio constituere suum.

Sed

*Carolus
miles.*

Sed tamen hæc aliàs, nunc tu mihi maxime Cæsar

Carminibus lætis excipiendus eras.

Orte bonis auibus, cælo sate, proxime diuis,

Diue tuo populo CAROLE dexter ades.

En iacet & apido tibi se Germania uoto

Exhibet, & pressam se tueare rogat,

Et rogat, & tanquam presentis numen adoret,

Est tibi non timidis uocibus ausa loqui.

CAROLE Germano sate sanguine patre Philippo,

Maximus Hyspanæ CAROLE matris honor.

Per quem se gelidus Reno coniunxit Iberus,

Et cõit Hyspanæ Teutonis ora plage.

Qui mihi Romani debes insignia regni,

Signa, Aquilas, fasces, sæptra, tropæa, duæ.

Te mihi nunc par est impensum reddere honorem,

Qua debes dextra uindictæ, quæq; potes.

Sed quæ prima querar nostri tibi damna doloris,

Fœlix qui patitur, quæ numerare potest.

Me mea continuo consumunt uiscera motu,

Nec misere requies hinc datur ulla mihi.

Distrabor, & studijs sectarum affligor æerbis,

Heimihî quod pestis non habet ista modum.

Nec mihi conanti diuini oracula uerbi

Certa sequi quauis conditione licet.

Non mihi præscripta consistere lege uolenti,

Securam fidei Christidos esse datur.

A

s

Dum

fidelis.

Hispania.
Germania.

Religionis
disputatio.

Christianus

Dum sibi quod placuit defendit quisq; nec una
Tam discors peragi fabula sine potest.
Simplicis interea purissima dogmata Christi]
Multiplici faciunt turbida dissidio.
Distrabit in partes res hæc populumq; duasq;
Semina quæ belli pernicioſa serunt.
E' quibus arma breui, nisi tu medeare, ferentur,
Vt posses, per me facta dedere tibi.
Quod deus ipse dedit, frustra ne crede dedisse.
Qui sapit, utiliter, quæ dedit ille, locat.
Vtere muneribus cælo tibi C A R O L E missis,
Vis tua de cælo non aliunde uenit.
Iam toties dextra uictrix ac uindictæ cælo,
Tu potes optatæ ferre salutis opem.
Affer opem nostroq; uolens medeare dolori,
Velle quidem debes, posse dat ipse deus.
Fac populis te posse fidem promissaq; serua,
Quæ mihi tu cælo fœdera teste dabas.
Talibus atq; alijs tua te Germania uerbis
Si roget, audiri C A R O L E digna fuit.
Nunc ego de gremio non postrema illius urbium,
Imperij perſto fida ministra tui.
Germania. Quæ tibi Teutoncum redeunt Caesar in orbem
Officij exhibeo debita signa mei.
Moxſta prius, nec certa mei, nec certa futuri,
Læticia exſilui te ueniente noua.

Moxſta

Mœsta prius totos & non letissima uultus,
Vix noua composita gaudia mente fero,
Omnia deposui concepti signa doloris,
Nondū quem timui, uenerat ille dolor.
Te ueniente timor fugit quoq; fugit & omnis
Quæ mihi tam iusti causa timoris erat.
Omnia restituit nostros collapsa per artus,
Soliū aduentus spes mihi facta tui.
Ergo meis redijt membris uigor omnis, ab illa
Quæ te prima mihi fama uenire fuit.
Nūc mihi forma decēs iterū, meliorq; resumpta est,
Quæ faciat solitum uestis habere decus.
Longa meum rursus decorant uelamina corpus,
In quibus ostracinus cum niue certat honor.
Textile compositis ē criminibus emicat aurum,
Ornat honoratum laurea sumpta caput.
Quid tamen ipsa meæ referam tibi munera formæ,
Quam quia sit noti corporis, ipse uides?
Quæ tamen intermissa diu tibi forma resumpta est.
Cumq; hac spes redijt, quæ modo lenta fuit.
Namq; tua uideo Cæsar uirtute futurum,
Ut rabies miseri temporis ista cadat.
Ut redeat totum pax interrupta per orbem,
Quid dubitas orbem nominis esse tui?
Tu modo Romani dignum te Cæsaris esse
Nomine & Augusti conditione puta.

Corona

Tura

Turca.

Turca dabis poenas, nec semper inultus habebis
Sortis in Euxino littore quicquid habes.

Danubius.

Nec tua, uanitor, repetitum signa per Istrum
Si repetes, fausto sydere Turca feres.

CAROLVS Europa pulsum te rursus auitæ
Includet patriæ finibus unde uenis.

Caucasus.

Caucaseas iterum rupes atq; antra subibis,
Antra gelu Scythicæ semper adusta niuis.

FERNAND.

CAROLVS et frater grauib; Fernandus in armis,
Perfidie frangent cornua sumpta tuæ.

Viribus inuicti proprijs tua robora fratres
Contudent, fastus deicientq; tuos.

Viuite iō fratres, et iō bis uiuite fratres,
Fortibus Atridis Tyndaridisq; pares.

Tuq; prior tu uiue tui deus orbis, et unum
Omnibus ut præsis CAROLE facite caput.

Te deus inuictum, sicut iam præstitit, idem
Seruet, et imperium quod dedit ipse regat.

Tu mihi restitues amissæ munera pacis,
Tu me tranquilla sede manere dabis.

Tu sectas et iniqua malæ contagia pestis,
Cæcæq; perpetua tempora nocte premes.

Te duæ cessabunt satui studia improba vulgi,
Quæ nimium et nimium tempora nostra grauant.

Adserto sua tu statues oraacula Christo,
Audeat ut populis hic et ubiq; loqui.

Tunc

Tunc sua diuinae stabit reuerentia leges,
Tunc pius in tota gente redibit honor.
Tunc tua nec sacri corradent iura Tyranni,
Nec miseras comedet pastor auarus oues.
Romula pacatum florebut sceptra per orbem,
Et referent mores aurea secula noui.
Viue diu, serusq; tue pete fata senectæ,
O maiore mihi sepe canende sono.
CAROLE Cæsar aue longos Auguste per annos,
Sæpius ut possim dicere Cæsar aue.

AD INVICTISS. IMP. CAESAREM
Carolū. V. perpetuū Augustum, ad bellū contra
Turcas sumendū Adhortatio. Per Eob. Hefū.

Si mihi nunc fidibus moturo plectra canoris
Aspiret placidum musa benigna melos.
Quale suo quondam placidissima contulit Orphi,
Cum traheret syluas, flumina, saxa, feras?
Si mihi nunc tantas daret in noua carmina uires,
Quantas prisca docet fabula posse dari:
Non ego surda meis tentarem saxa camenis,
Non aperem tristes posse mouere feras.
Non, etiam si me sequerentur, armine syluas
Ex aliquo uellem deuoluisse loco.

Orpheus.

Tuta

flumina. Tutā suos agerent per me uaga flumina cursus,
Non auis ad numeros aduolet ulla meos.
Verum ego longe istis auferem potiora mouere
Pectora, quæ sensu, quæ ratione uigent.
Teq; adeo, te summe uirum, te maxime Cæsar
CAROLE, præcipue te monuisse uelim.
Te monuisse uelim, si sit mouisse negatum,
Hei mihi, si saxis surdior esse uoles.
Cur tamen hoc metuam? nihil ut te clarius uno est,
Sic nihil hoc uno mitius esse ferunt.
Quod si uera ferunt, nec fama benigna fefellit,
Fortior hoc lecto carmine Cæsar eris.
Qui, quanquā uicto iam sis fortissimus hosti,
Victor uincendi fortior hostis eris.
Ne morer ergo tuas uanis ambagibus aures,
Ipse rei uerus debet inesse color.
Aspicias ut toto grassantibus orbe malorum
Pestibus, auxiliij quam sit ubiq; parum.
Vt tacitam reliquas, una est & maxima elades,
Quam tibi quamq; tuis Turca cruentus agit.
Turca. Peruia quem toties uada facta binominis Istri
Danubius. Impune in nostros transposuere lares.
Qui quoties libet Euxini de littoris ora
Bella mouens nostras depopulatur opes.
Vienna. Præcipue Austriam cum nuper ad usq; Viennam.
Venerit oppugnans obsidione graui.

Ah pu

Ah pudet, & dolor est uenisse impune, retroq;
Clam sibi praeclusas non habuisse uias.
Heu quo prisca abiit uirtus Germania? quis nunc
Tam subito trepidam te tibi surripuit?
Externum proprijs uidisti in finibus hostem,
Et passa es, nec adhuc te pudet ista pati?
X Qui neq; Romanos dominos Germane tulisti,
Non pudeat Turcas ferre, timere, pati?
Et quanto fuerat Romanus fortior armis,
Nunc tibi semiuiros uincere posse graue est.
Sed quid inutilibus consumere uerba querelas?
Quid inuictis oclufis auribus ista loqui?
Te Caesar mea uerba petunt, nam tu potes unus
Imperij tantam tollere perniciem.
Haud equidem dubito non ista futura fuisse,
Si tua tunc nobis dextra tulisset opem.
Sed te tunc proprijs iniusta negocia bellis
Implicitum lenta detinuere mora.
Et capite ipsa suo Germania cassa, laborem
Hunc tamen inuicto robore sola tulit.
Nam tuus obsessam Turca grassante Viennam
Seruatam nostro milite frater habet.
Atq; utinam seruata semel seruetur, & istas
Per clades iterum non agitata ruat.
Nam se Marte ferox rediturum Turca minatur,
Dij faciant uanas ueniet ille minas.

Tu quo

Tu quoq; ne redeat debes prohibere, potesq;
 Si modo, te quod habes, nomen habere scias.
 Nec tantum prohibere tuis à finibus hostem,
 Forsitan ignavi sit labor ille ducis.
 Pellere possesis iam dudum finibus hostem
 Debes, hoc meritum est, hic labor, illud opus.
 Possidet ille quidem, quæ te tenuisse decebat,
 Plurima regna solo, plurima regna mari.
 Possidet ille suam Bizantia mœnia sedem,
 Imperij altera pars urbs fuit ista, tui.
 Atq; ut regna Asiæ tacas opulenta beatæ,
 Abstulit Europæ maxima regna tibi.
 Parta tuis olim maioribus incluta multo
 Sanguine, sub Turcis Hellados ora iacet.
 Græcia Romanis et uicta et libera signis
 Facta, sub ignauo milite serua iacet.
 Nam quid Marte satos memorê sera pectora Thracas?
 Quid Mæcædû populos Illyricosq; loquar?
 Bastarnæ Daciq; iacent, fortesq; Tryballi,
 Hæc sunt Germanæ proxima regna plagæ.
 Qualia damna Rhodo tulerit tibi nuper adempta,
 Quis sicis oculis commemorare queat?
 Nobilis et studijs et fortibus insula factis,
 In nostris olim partibus ista fuit.
 Sola hæc amissis Asiæ restabat in oris
 Fortiter obsistens perfide Turca tibi.

Constantino
 potis.

Peloponnesus.
 Græcia.

Thracia.
 Mæcedonia.
 Illyria.
 Bastarnæ.
 Tryballi.
 Daci.
 Rhodos.

Nunc

Nunc iacet illa etiam turpi prostrata ruina,
Seq; lenes tacita CAROLE uocæ rogat.
Non tamen hic auidi rabies stetit improba Turcæ.
Semper postremis ulteriora petit.
Pannonios quoties ingressus milite campos
Innumero strages edidit innumeras.
Bis modo Germanum, te pene uidente, per Istrum
Captorum duxit milia multa uirum.
Ne pudeat æsisse Asiæ, æsisse relicta
Tantis Europæ finibus, an ne pudet?
Nunc quoq; crudelem sensit Germania Turcam,
Tale suo uiuo Cæsare passa nefas.
Passa nefas, quo non est passa nefandius ullum,
Cuius item credas posse pudere magis.
Cum nanq; Austriados clades subit impia gentis,
Quid superet præter flere, dolere, queri?
Confer ad hæc miseræ præsentia tempora cladis
Pristina quicquid habent, nupera quicquid habent.
Hac miserabilius nihil usquam clade uidebis.
Crudelis Turcæ non habet ira modum.
Sacra prophanari, raptari ad stupra puellas,
Vsbis assuetis bellia iura ferunt.
Captiuæ in miseras abducere corpora sordes,
Nec noua, nec rari temporis arma ferunt.
Matribus infantes miseris & ab ubere raptos
Confodere, humane quid rationis habet?

B. Spirant

Ungaria.

Danubius.

Vienna

Turcæ? Crude-
litas.

*Herodes.
Nero.
Phalaris.*

Spirantes & adhuc uiuos infigere palis,
Quis queat Herodes? quis Nero? quis Phalaris?
Eripuisse animam fuerat clemencia, uitam
Sufficere in poenas barbarus hic furor est.

Sepe quis astanti tendebat brachia matri,
Et miser extrema uocæ rogabat opem.
Illa dolore amens dum uel pietate uel ira
Approperat, mediam dissecat hostis atrox.
Sepibus hærebant infantia membra crucem,

Christianus.

Fœdarunt medias corpora secta uias.
Vsq; adeo pietatis habet nihil impius hostis,
Tanta est Christiani sanguinis ista sitis.

Ista uides paterisq; nec obuius ire laboras?
Quo sic usq; ferox hostis inultus erit?
Sume animos, sume arma manu, noua bella capeße,
Imperij uindex adfere iura tui.
Sume animos, iam fata uocant, nunc omnia sponde: &
Sortis, uictorem te fore, signa tue.

Certa docent ueterum de te præsagia uatum,
Delendos Turcas uiribus esse tuis.
Natalem sortita tuum cœlestia clamant
Sydera, uincæ armis CAROLE, uincæ manu.
Nominis auspiciis te fortibus inserit actis,

Aude animis, magno CAROLE maior ei sis!
Audentem faciat patrum fortuna tuorum,
Vinando extremum clausit uterq; diem.

Cæsar

Cesar auus, nunquam uictus, bello omnia uicte,
Rex auus immensas Marte subegit opes.
Talia te moucant & nomina tanta tuorum,
Crede mihi medium nil tulit ista domus.
Omnia summa tulit semper domus alta tuorum,
Non uenit ex humili gloria magna loco.
Hoc etiam tua Maiestas consideret, huius
Temporis auxilium cœlitus omne dari.
Maxima cum perimant orbem mala, maximus illis
Mittendus medicus, qui medeatur erat.
Maximus ille ipse es cœlo demissus ab alto
Humanis medicus qui medecare malis.
Aude animo, confide, tuas circumspice uires,
Totus Cesareas adiuuat orbis opes.
Præcipue tam degenerem, tamq; omnibus hostem
Regibus inuisum, si tua signa petant.
Imperium tam crudelis nomenq; Tyranni
Oderunt omnes, quos tuus orbis habet
Tu modo firma animum contraq; insurge, ne ultra
In meliora tuam tempora differ opus.
Optima sunt certe quæ tu exptabis in hostem
Tempora, consilij, quid mora longa datur?
Consultum satis est, iam tempus ut arma ferantur,
Admonet, & Synodis non sinit esse locum.
Cur tua lenta iacet uirtus clarissime sanguis?
Cur tua Turcarum tardior ira uenit?

Scripta Arist.
am.

Synodus

Fide, animo, consurge, accingere fortibus armis,
Dextera stant tecum numina, uictor eris.
Surge triumphandum, non ibis solus in hostem,
Herebunt lateri milia multa tuo.
Te tua ducentem, Germania tota sequetur,
Tecum erit Hyspanæ gloria militiæ.
Teutonico uenient, pollescentes Marte Britanni,
Mittet inexhaustam Sarmata sortis opem.
Inuictis aderit frater Fernandus in armis,
Cumq; suo pugna rege Bohemus erit.
Neu tibi sit fortis suspecta potentia Galli,
Hoc socio melius quam potes hoste frui.
Te Venetum classes, te uela Ligustidis undæ,
Italia Hyspanas tota sequetur opes.
Cuncta quis enumeret, quæ te tamen arma sequuntur?
Europæ tecum robora cuncta trahes.
Semper ab Europa uictus fuit orbis, & omnis
Martis & armorum gloria nostra fuit.
Nunc quoq; quid dubites Europam uincere molles,
Terræi populos Asidos & Libyes?
Quinetiam reges Asiæ tua cæpta iuuabunt,
Bella ubi cognorint fortiter ista geri.
Hoc uolet Aegyptus iam fessa tyrannide longa,
Hunc cupit in primis Persa uidere diem.
Iam quoties petit ille sibi solatia ferri
Auxilijs, quorum Turciæ regna premat.

Ille tuum supplex iamdudum nomen adorat,
Vt ferias Turcam fulminis igne tui.
Surge, feri, iace, percite, contere, Iuppiter esto,
A' Ioue quo possis perdere fulmen habes.
Iuppiter hic uere tua fortia coepta iuuabit,
Prudenter caelo uindice nemo timet.
Tu quoq; ne metuas, Christus iubet, arma capisse.
Quid laerat gentes perfidus iste tuas?
Sed tibi ne sit opus dextras armare sacratas,
Sacra sacerdotes non fera bella gerant.
Heu furor heu magno ludibria maxima Christo,
Arma geri sacra uelle cruenta manu.
Sancta coronati tractent libamina mystæ,
Proq; tuba Psalmos nocte dieq; canant.
Vidimus, & uidisse noet, semperq; noebit,
Ductu Pontificum Turcia bella geri.
Pontifices ut bella geras foeliciter orent,
Hec pars officij est illius, ista tui.
Ipse tibi gladium deus aspera bella gerendo,
Huic baculum ut seruet pasqua iussa dedit.
Non deat officium alterius sibi sumat ut alter,
Turpiter in partes Cesaris iste uenit.
Nec tibi tu quicquam succedere posse putato,
Donec in his illum partibus esse uoles.
Omnia committes aduerso praelia caelo,
In quæ pontificum uenerit ulla manus.

*Pont. Max.**Sacerdotes.*

eur?

ille

Omnia bella gerēs commissa fauentibus astris,

Quæ sine Pontificum sorte manuq; gerēs.

Quare age bella moue per te sine paribus istis.

Quid dubitas orbem Cæsaris arma sequi?

Si libet interea ille tuæ data mœnia Romæ

Posideat, quia se iure tenere putat.

Cor Pontino Tu tibi quære nouæ repetenda palatia Romæ.

pahis Mœnia Bizanti Turca superbus habet.

Vt vetus expiret, teum noua Roma reuiuēt,

Quid dubitas orbem quo cadat illa trahi?

Aquila Ibis in aduersos Aquilis uictoricibus hostes,

Fulmen auis nondum perdidit ista suum.

Tu modo crede deo te Cæsar ad ista uocanti,

Quæ tibi non frustra munera summa dedit.

Crede deo, satisq; tuis, et ad ista parare,

Quæ te uictorem præmia summa manent.

Sic tua deuicta suprema potentia Turca

Vltra non habeat quod metuisse queat.

Sic tibi non dubijs uictoria libera pennis

Aduolet, et auctos te loæt ante Duces.

Sic ubi pacato pacem reparaueris orbi,

Pacato populos solus in orbe regas. ∴

IN ADVEN

TVM CAR. CAES. AVG. FRANC-
PHVRDIAE GRATVLATIO.

AN capit ob reduces mater noua gaudia natos,
Post longos iterum. quos uidet illa dies?
Grataq; cœlitibus persoluit munera Diuis,
Incenditq; sacris plurima dona focis.
Nec mihi odorifera cingantur tempora myrto,
Letaq; candenti corpora ueste tegam.
Digna q; sublimi cantem præconia cœlo,
Carmina, thura, preces, ore manuq; feram.
Nam modo qua tellus Hispanis ultima regnis
Atq; sub occiduo littora sole iacent,
Dicitur, hinc uasum demissa classe per æquor
Ingressus Lygurum CAROLVS esse sinus.
CAROLVS Hesperij decus, & spes unica regni
Post dominos terræ, fama secunda deos.
Regibus ortus auis, & cœlo stemmate digno,
Nobilis Austriadum gloria summa domus.
Maxima qui primis deuicit bella sub annis,
Et multas regum contudit unus opes.
Ceu, modo ad antiquam Troiani Antenoris urbem
Cum nouus ultori Galle triumphus eras.
Seu, cum quæ totum dominata est Roma per orbem,
Excidit imperio capta, deditq; manus.

B 4

Quem

*Ad Papia ut si manis Tiro
gallus profugus & apus est.*

Dij.

sacra.

Myrto.

Hispania

genia.

Austria.

Papia.

Gallus.

Roma.

Michlms.

Quem metuit quodcunq; tagum tacet inter & Indum
Atq; inter Boreæ & torrida regna Noti.
Cuius & immensum transcendit gloria mundum,
Venit & ad summos inclyta fama deos.
Cui pater omnipotens terras concessit habendas,
Fortunamq; sua præbuit ipse manu.
Ut regeret populos placida per tempora pacis,
Redderet æquata tutaq; cuncta fide.
Omnis nostri Dijs acceptissimus æui,
Salve diuorum CAROLE magne genus:
Quas mihi promittam de te spes, qualia sæcla,
Aut mox uenturi quis status orbis erit?
Veneri. fortisq; Anne uenis tumido pressurus colla leoni,
Qui studijs contra se tulit usq; tuis?
Restituesq; æui bellis ablata prioris
Regna, urbes, populos, fœdera, iura, duces.
Ut tibi quod uates concinerunt esse futurum,
Tota stet imperijs Itala terra tuis?
An renouata nouo crescat Germania cultu,
Tuq; uenis, fœsis addere rebus opem?
Ut mala depellas, quæ regni dira cupido
Intulit, atq; auri non satianda fames.
Atq; iterum stabili coniungas fœdere mentes,
Tutaq; securæ tempora pacis cant.
O tua si ueniat longo medicina labori,
Tuq; malum hoc tandem triste leuare uelis.

Namq;

Nanq; ut in humano cum pugnāt corpore membra,

Quolibet officium destituentē suū.

Paulatim solito decreſcunt robore n̄ rui,

Inq; magis uirtus deficit, inq; magis.

Sic quoq; cum morbo discordia ſenior omni

Nos premit, & fines euolat ipſa ſuos.

Labitur, & ualidas quondam Germania uires

Detrit, inq; dies peior it, inq; dies.

Nec modus appet, niſi nos tua CAROLE dextra

Suſcipiat, tantis ſubueniatq; malis.

f Ac uelut amofi medicus cognoscere morbi

Cauſſas, auxilium quā ferat, ante ſolet.

Deinde ſalutares, poſtquam cognouerit, herbas

Admouet, & placida ſubleuat arte malum.

Sic tua principium tanti clementia motus

Si ſciat, & quæ ſit noſcere cauſſa uolet:

Haud dubium priſcas reparabunt omnia uires,

Et ueniet rebus, quæ fuit ante, ſalus.

Tum mihi nec metuam ſclerati uincula Turcæ,

Ne uadam Geticis præda trahenda feris.

Nec nobis toties fugiens illuſerit hoſtis,

Aut raptō fines proſerat ille ſuos.

Qualia germanum iam multa indigna ſerentem

Aſpicias, & differs, hei mihi, frater opem.

Sed mihi tunc omnes cogat Germania uires,

Hoſilesq; ultro prouocat ipſa manus.

B s

Fractq;

Discordia.

Turca.

luna. Fretaq; maiorū fama, teq; auspice Caesar
Cōfundet Scythici tela, minasq; ducis.
Hierosolyma. Atq; potens Asia rursum, & te maxime Nile
Clara Sionæis transferet arma iugis.
Hæc faciat, modo tu nostro medeare labori,
Atq; mala hæc stabili pace leuare uelis
Pacæ opus est Caesar, pax publica iura tuetur,
Cumq; pia castam religione fidem.
Pacis amans deus est, pacem mandauit habendam,
Qui regit ætheriæ conditor arcis opus.
Non illa melius quicquam uidet arduus æther,
Non illa quicquam dulcius orbis habet.
Ac uelut in media cum sol æstate uirentes
Exurit campos, & sinit omne solum.
Si quando arentes nox alma resuscitat herbas,
Aut cadit in siccos roscidus imber agros.
Vita satis redit, & morientia gramina surgunt,
Et reparant uires torrida prata suas.
Sic hominum quoties stabili concordia pacæ
Res tenet, & iungit mura corda fides.
Florescunt pietas, ius, æquum, fœdera, leges:
Non illis hostis, non fera bella nocent.
Hanc igitur dederis, dederis simul omnia Caesar.
Firma stet hæc, firmum stabit & imperium.
Sed dabis, & reditus spondet tuus omnia fœlix
Pacem, teq; ratis quæ tulit, illa tulit.

Ac presaga monet dudum mens omnia dextra,

Ece uenit dulcis pax, ait, ecce uenit.

Pax uenit, hanc ueterum promittunt carmina uatum,

Hanc genus & diuæ patria fama domus.

Mensis erat (memini) tua qui cognomina præfert

Augustus.

Tempore quo Phœbus terga leonis adit.

Ipsa sedens relego demessis horrea spicis,

Cum uenit ad nostras nuncia fama domos.

Fama per occiduum, quæ te modo clasibus æquor

Aduectum Hetrusci limina ferret agri.

Et multo fidam consendere milite terram,

Genia.

Quâ Ligurum priscas Genua seruat opes.

Protinus exclamo, fortunent omnia Diui,

Et faciant fœlix, fama sit ista mihi.

Nec mora, lucentes aris incendimus ignes,

Et damus incensis thura cremanda focis.

Sarcæ.

Et niueo letos quali decet inus amictu

Et legimus comptas fronde uirente comas

Conueniunt ciues populo collectus ab omni,

It chorus, & festum concinit ore diem.

Talis erat credo Romanæ plebis imago.

Ocaso quoties hoste triumphus erat.

Audijt hæc subito, pater imo gurgite Menus,

Mennis.

Flauaq; ærulea protulit ora coma.

Atq; insueta suæ miratus gaudia plebis,

Paulisper gressus distulit ipse suos.

Nodo

*Memoria
motio.*

Nodosq; manum subnixus arundine leuam,
Vatidico cœpit talia uerba sono.

Salue festa dies, multos optata per annos,
Salue qua nunq̃ gratior orta fuit.

Et uos ô superi tandem gaudete penates,

Ista feret uobis commoda multa dies.

Ista feret uobis, superi sperate penates

Gaudia & optatis tempora plena bonis.

Qualia iam longos non sunt spectata per annos,

Nec uentura dabit forsitan ulla dies.

Nam nisi uana iacent, eui præsagia prisca,

Illusitq; pijs ficta Sibylla uiris:

Tempus adest totus, cum mox purgabitur orbis,

Et referent annos aurea secla nouos.

Quando Aquile cædet Romana potentia magnæ,

Et feret impositum Gallia uicta iugum:

Et sociueteris uastata Pylemenis arua

Cernent, & tumidi septa retracta soli:

Tusq; uindictibus cingentur mœnia flammis,

Fœsulaq; heu seram diua uocabis opem.

Quin etiam pater ipse modo sublimis in ostro,

Qui triplici uinctus tempora fronde sedet.

Eæ ruet, uictusq; manus demissus ab alto,

Protendet solio, & iura refixa leget.

Cultaq; fulgebit renouato ecclesia ritu,

Desinet & uanæ religionis opus.

Sibylla.

Roma.

Gallia.

Fluctia.

Pont. Max.

Tunc etiam innumere conscendent æquora puppes,
Impie perniciem, quæ tibi Turcæ ferent.
Aegeosq; sinus, & fertilis hostia Nili
Umbrabit pennis Cæsaris ala suis.
Atq; Palestinas inuadet milite terras,
Vt pateat ueri mystica tumba dei.
Atq; ibi confectis tandem belloq; uiâq;
Ponet militiæ signa suprema suæ.
Hinc iam pacato regnabit Cæsar in orbe,
Et dominus terræ totius unus erit.
Non uis amplius, aut metuetur seu tyrannis,
Non miles quisquam, aut militis ensis erit.
Candida per totum sed pax dominabitur orbem,
Vnus erit rerum cultus, & una fides.
Qualia Saturni memorantur secula prisca,
Aurea quæ uates tota fuisse ferunt.
Cum neq; terra famem, neq; pontus frigora sensit,
Et ratio uictus omnibus una fuit.
Hei mihi, sollicitam quæ tentant gaudia mentem,
Quàm cupide expecto, dum uenit ista dies.
Tu tamen in ærea nostris Francphurdia ripis
Condita, spem pergas læta fouere tuam.
Quemq; tibi superi fato misere benigno,
Quiq; tua dictus Cæsar in urbe fuit.
Huic facilem reditum, & cursus gratulare secundos,
Et refer æthereo throna precæq; Ioui.

Nec

Turca.

Hierosol.

Pax.

Saturnus.

Francfridia

Nec metuas, uerbis si quis te forte malignis
Impetit, aut uestris dura minatur agris.

Tigris.

Non genus Hircana duxit de Tigride Caesar,
Aut illi durum robora pectus habent.

Austriadis caelo nota est clementia stirpis,
Hanc tenet, hac proauis par uolet esse suis.

Maximilianus.

Quanta tuæ Aemilius donauit Maximus urbis
Progeniem Caesar tertius unde trahit.

fridericus.

Quanta tibi placida Fridericus pacis amator
Contulit, aut quantas hic tibi fecit opes?

Nunc etiam agrorum ælso munimina turres,
Clara uoluntatis stant monumenta pie.

Et dubites animo quo sit nunc ille futurus
Tam genus à placidis qui tenet ortus auis.

Mernis.

Sic ait, atq; manu pendentem uligine barbam
Mulcendo, liquidas inter abiuit aquas.

At mihi mox ingens rerum fiducia surgit,
Spemq; animus summe prosperitatis agit.

Iamq; diem uideor coram spectare futurum,
Venturæ pacis qui bona tanta ferat.

Et uidear rebus præsens mihi adesse gerendis,
Et uultus Caesar ærnere Diue tuos.

Tanta mihi reditus spondet tuus inclyte, tanta
Hæc pro te facimus CAROLE nota deo.

Quare agite o chari mecum spem ducite ciues,
Et sperate nouis tempora leta bonis.

Que

Queq; per antiquos meministis prodita uates,
Pars quorum metas iam tenet actu suas.
Omnibus euentum superos, finemq; daturus
Credite, nec falsos ulla monere Deos.
Ac precibus magni deprecite Cæsaris ora
Et felix, quisq; & dicite faustus eas.
CAROLE faustus eas, facilem tibi numera cursum
Dent, seu terra tuam, seu tenet unda ratem.
F I N I S.

**IO. PETREIVS EXCVDE-
BAT NOREMBERGAE.
AN. M. D. XXX.**

On the 1st of January 1791
The following list of names
Of the members of the
Assembly of the
State of New York
For the year 1791
CAROLUS
Dorchester



TO THE
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO